

Mathias Stronczek obligat se Regi  
Wladislao, nemini prater illum, aut filijs  
ejus Castrum et Civitatem Wschowa  
resignaturum.

Ego Mathias Dorek alias Stronczek de  
Opoczna recognosco tenore presentium, qui-  
bus expedit Universis me recepisse Castrum  
et Civitatem Wschowa cum ipsorum Distri-  
ctu a Serenissimo principe Domino Wladi-  
slao Dei gratia Rege Poloniae etc Domino  
gratiosissimo ad manus fideles in tenendam  
et gubernationem. Quod quidem Castrum et  
Civitatem Wschowa promitto, et sub fide  
et honore polliceor fideliter servare, et pro-  
munire ipsique domino Regi, et ulli alteri  
resignare, aut illi cui personaliter comise-  
rit sua Serenitas, dum fuero ad hoc facien-  
dum requisitus. In casu autem, quo indi-  
cto domino rege humanitus aliquid fieri con-  
tingat, extunc inclitis natif. suis Wladislao  
et Kazimiro, et Serenissime Principi Do-  
mine Zofie Dei gratia reginae Poloniae  
tanquam lutrici absque dolo et fraude  
tradam, condescendam, et resignabo, si  
me Deus adjuvet, et Sancta Dei Evange-  
lia. Harum quibus sigillum <sup>me</sup> nostrum est  
appensum testimoni literarum. Datum in  
Lublin, Sabbato die post festum Sanctae  
Dorotheae. Anno Domini millesimo quadri-  
gesimo tricesimo secundo.

La

Ta Kopia przepisana z Oryginatu parga:  
ninowego, dnia 28. Wierzica Sierpnia,  
Roku Pańskiego Tysiącznego Siedmsetne:  
go Ośmiesziesiątego Czwartego. u którego  
Dotu na Lawiasce parganinowej wisi pie  
częć.